

a) Durchwegs „cia“, „cie“, „cio“, „ciu“ für „tia“, „tie“, „tio“, „tiu“. — b) „firi“. — c) Durchwegs „e“ für „æ“. — d) „inteligeres“, „gat“, „gis“. — e) „comodius“. — f) „intelexit“. — g) „et“. — h) „comercium“. — i) aus „vatigari“. — k) „foelicissime“, „mum“. — l) „utur“. — m) „adtecicus“. — n) „comoditate“. — o) „abque“. — p) „abatis“.

1) Vrgl. Brief 143. — 2) Aus dem Datum und dem Inhalt des Briefes 171 ergibt sich mit voller Sicherheit, dass hier «Decembris» zu lesen ist.

Hier sollte der Brief 139 seine Stelle haben, da das Datum so zu berichtigen ist: 1519. Dec. 31.

1519 Martinus? III 178 Nr. 43
 1519 D. Burgauer VII, 13 Nr. 9.
 I 175. 1519/20 Mai 20 J. Daeng V, 663 Nr. 1+2.
 1519/25 c. Richter III 281 Nr. 118.

Konrad Grebel¹⁾ an Vadian.

1519 Dec. 26
 s. v. Nr. 228

Paris. 1520. Januar 1.

Der Weggang Vadians von St. Gallen wegen der Pest. Grüsse von jungen Schweizern in Paris. Bitte, sich bei seinem Vater für ihn zu verwenden.

Ita fortuna, ingenium et nuncii compulerunt, ut literas a me accipias non ut olim longas; sed quid ultra desideras, si me sanum vivere et tuum vivere significo? Accepi te apud vulgus patrię tuę non bene audire, quod inde illis tanquam sub cultro pestis relictis ad pagum patrum mei Amanni discesseris. Audient illi olim bene, cum tu æterno opere patrię tuę inquilinos alia longe vita et alia denique peste donabis et liberabis; sed hæc hactenus. — Patrem meum ne me negligat filium, hac maxime tempestate. Nuncium hunc tibi commendo olim tuum discipulum. Ioannes Leopoldus Grebelius te affine gaudet mirum in modum. Qui te nomine suo salvum esse velint, sunt Valentinus Scudus et eius gentilis Petrus Scudus, qui et te mire colit et vix a scribendis ad te literis abstinet, manum scilicet non retracturus, si, ut ipse inquit, tantum domestice, quantum nomine notus esses.

Nos²⁾ boni consule, tuus non potuit aliam præstantiorem tibi hac tempestate operam navare Grebelius. Vale, vir colendissime et non unum vive annum perquam felicissime. Kalendis Ianuarii, Lutecię, anno salutis MDXX.

Conradus ille, nunquam non
 tuus obsequentissimus servitor.

Non potui literas obsignare. Excusatum esse me et apud te et parentem ob id velim; purgabit admissum nonnihil et has qui tibi perferet literas, quamvis, si quid deliqui in hoc, meę fortunę Euripo^{b)} alias resarciendum a nobis erit, nisi perpetuis fluctibus iactandam carinam solvimus.

Meo nomine parentes meos, patrum mei familiam, sororem meam, immo tuam uxorem, salutato.

Ioachimo Vadiano, doctrina humana, integritate, affinitate denique sibi anxie colendo.

a) „Nas“. — b) „Eurypo“.

1) Vrgl. I, Register.

177.

I 176.

Georg Rithaimer¹⁾ an Vadian.

Wien. 1520. Januar 2.

Über Befinden und Tätigkeit der Genossen des Collimitius. Fortgang der griechischen Studien in Wien. Erkrankung und Wiedergenesung des ihm anvertrauten Cristannus Favilla.

Commendo me Humanitati tuę. Iampridem apud me statueram, ut aliquando te literis meis adirem, id quod tandem facio, ex quo locorum intervallo tam longe diiungimur; nam alioqui ipse fortassis una cum plerisque aliis, qui nominis tui studiosi sunt, venirem diligenterque perspicere, totusne rei uxorię (id quod dicitur) deditus sis, aut an aliquando etiam^{a)} Musas istas retractare soleas. Verum de iis satis. Ceterum te latere nolo, nos omnes, quotquot hinc abiens reliquisti, recte valere frequenterque inter pocula Collimiciana, quę fecunda^{b)} semper sunt, de te fieri sermonem, nunc candidum, nunc etiam^{a)} aliquantulum, prout sese tempus aut locus dederit, acerbum. Nosti enim ingenium Collimicii, nosti etiam^{a)}, quam afficiatur omnibus Helveciis; sed ego more meo in omnibus contra omnes semper sentio^{c)} semperque brachia contra torrentem porrigo et perpetuum patrocinium Helveticę nationis suscepi. Vetus illud regimen (quod scis) a Collimiciano sodalicio defenditur magnis viribus, a me vero oppugnatur acerrime, neque video, quando contentio nostra (prout nunc est nostrarum rerum status) habitura est finem. Clamatur, laboratur, sudatur ab utrisque partibus multum, sed tamen res iam in provinciales nostros inclinata esse videtur. Ut etiam^{a)} scias, quę hoc tempore nostri studii condicio sit, paucis dicam: episcopus Viennensis inire gratiam cupit cum gymnasio nostro, id quod fore confidimus; Græcę^{d)} literę opera Ursini iam pullulascere^{e)} incipiunt, et propediem fore arbitror, ut Græcę literaturę gratia nemo Italiam petiturus sit; multi enim sunt apud nos, qui iam assequuntur rudimenta et multum in lingua Græca promovent; præterea superioribus diebus ab extremo